



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Acta Synodalia Dioecesana Ecclesiae Mediolanensis, Pars Secunda

Borromeo, Carlo

Brixiae, 1603

De conditionibus Notariorum substitutorum, & scriptorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11399

stet informationibus Archiepiscopi ius suumendis.

Sciat apte scribere; elegatē verò & ornatū stylum scribendi habeat, tum latina, tum communī lingua.

De hac omni scientia examinetur per Vicarium generalem, & alios duos eligendos ab Archiepiscopo, coram ipso Archiepiscopo.

Habeat ex emolumentis Cancellariæ 100 aureos singulis annis in singulos menses pro rata persoluendos, siue certa constituta portione, siue assignata rata aliqua parte singularum expeditionum Cancellariæ, quibus præfinita taxa est, unde tantundem percipiat, si diligenter muneri suo incumbat; sit etiam attributa illi ex omnibus Cancellariæ emolumentis certa taxa pro singulis expeditionibus Cancellariæ, etiam que nihil soluant, que tantundem afferat prouentus Cancellario, qui assiduus sit in suo munere præstanto.

De collegio Notariorum substitutorum in Cancellaria.

IN Cancellaria Archiepiscopali, præter Cancellarium, sit collegium decennotariorum, qui substituti sint eidem Cancellario, eundemque adiuvant in omnibus Cancellariæ negotijs, ut opus erit, & infra præscribetur: eiusque nomine agant omnia Cancellaria negotia per illos tractanda, etiam si absint a Civitate, ut in visitationibus.

Ijs singulis constituta sit annua portio ex emolumentis Cancellariæ in singulos menses pro rata persoluenda, seruata ratione supra prescripta in emolumentis Cancellariæ; eaque major minorve sit, p. cuiusque conditione & labore, Archiepiscopi arbitrio, sed nullo modo plus centum aureis annuis ad summum quisquam percipiat. Nec verò, etiam scriptorum nomine plures ijs Notariis substitutis in Cancellaria aut in foro Archiepiscopali esse possint; nisi pro multitudine negotiorum, Archiepiscopus aliquando alios duxerit esse adiungendos vel Notarios, vel solum scriptores.

Nec rursus quisquam alius notarius, praeter suprascriptos substitutos in Colle-

gio Notariorum Cancellariæ adscriptos, valeat recipere, seu confidere vlla prorsus instrumenta, acta ve ad Cancellariam pertinentia, vel eiudem Cancellarij nomine; sub pena falsi, & excommunicationis, quam ipso facto incurrat: nisi aliquando ex urgenti causa Archiepiscopus in scriptis concesserit iusserit & aliquem extraneum substituti Cancellarij officio fungi: quo casu ille seruare tenetur quæcumque Notariis substitutis Cancellarij precepta sunt.

De conditionibus Notariorum substitutorum, & scriptorum.

Eligatur iij Notarii substituti ab Archiepiscopo; qui vel perpetui sint, vel ad nutum amoueri possint, vt ipse eorum singulorum agnitis conditionibus magis expedire censuerit.

Qui autem in perpetuum delecti fuerint, iij tamen ex demeritis amoueri libere possint ab Archiepiscopo.

Sint Clerici, & Clericalem habitu semper gerentes, vbi possint haberi eiusmodi; præsertim verò substituti in actibus voluntariæ iurisdictionis, & in causis Sæcuae Inquisitionis, & criminalibus.

Annum etatis sua xxv. saltem attingat, & sint versati per quadriennium integrè periteque in Notariatus officio, ex Concilio Provinciali primo; nisi aliter Archiepiscopus ex causa aliquando admittendos censuerit.

Probentur examine habendo coram Vicario generali, exhibitis sibi Vicario ciuili, vel criminali, & Cancellario Archiepiscopali, & alio perito Notario.

Sint aliqui inter illos (iij præsertim qui Cancellarium in actibus voluntariæ iurisdictionis adiuvabunt) sciētia, & alijs conditionibus supra de Cancellario prescriptis prædicti; aut saltem eiusmodi, ut aliquando ad ordinariam in Ecclesia Metropolitanam, & ad officium ipsum Cancellarij eligi, illudque congrue exercere & apte possint.

Si qui verò scribē aut scriptores ordinarij a iiquando assumendi erunt ad aliquod scribendū, aut scripturarū copiā faciendam, aut etiam aliqua acta recipienda quouis nomine; si potest, & erate pro uicti

Notariis
electio.

Habitus.

tit. de no-
tar. & scri-
bis pag. 15.

qui in
Collegium
Apploba-

Scientia.

Scriptores
quales.

wetti sint; & clericī; & habitu cleriali
incidentes; tum verò omnino ab Ar-
chiepiscopo prius moribus, & vita pro-
bat, atque ad id munus ab eodem scri-
pto constituti; nec verò alij vlo modo.

Forum om-
niā studia.
Meminerint verò iij maximè, se eo lo-
ci adscitos, non ad temporanea lu-
era sectanda, sed quasi in schola qua-
dam variorum exercitiorum; in qua,
tum cognoscant negotia huius ecclesiae,
& apti siant adiuuando eius regimini
aliqua sua opera; tum Archiepiscopus
cognoscat, quid talenti quisque illo-
rum habere possit, quod in illius obse-
quia, & seruitia impendant suo tem-
pore.

Ideoque (quantum per occupationes
licebit) ne studia bonarum literarum
intermittant, sed incumbant illis; vt
suo tempore ad Seminaria, aliave loca
remitti restituive possint, plenius illis
operari datur; vel alijs muneribus hu-
ijs ecclesiæ inferuire, vt Archiepisco-
pus censuerit.

Diebus fe-
tis ad diui-
na off. con-
veniant.
Notarij omnes substituti, ac Scribe, qui
clericī sunt, & habitum clericalem ge-
stant, decenti superpellico induiti, om-
nibus diebus festis diuinis interfint of-
ficijs, his in ecclesijs quibus adscripti
fuerint.

Ij verò, qui adhuc nulli ecclesiæ addi-
cti sunt, in Metropolitana ecclesia fun-
ctiones agant, ac diuinis officijs interfint;
nisi cum eo tempore iussu Archiepisco-
pi, seu Vicarij generalis, alio-
rumve huius fori Archiepiscopalium mi-
nitrorum, adeunt illas ecclesijs, in qui-
bus pro alicuius sancti celebritate, seu
indulgentijs, aliave deuotione popu-
lus frequens erit; aut monasteria, eo-
rumque certa alloquendi loca, aliasve
Vrbis partes, ad agnoscendam, procu-
randamve Archiepiscopalium decre-
torum edictorumve obseruationem, ac
executionem, præsentim de cultu festo-
rum, & honestate in ecclesijs, & accessu
ad predicta monasteria; aut alijs de cau-
sis alio mittuntur.

Festū mer-
tes.
At verò tamen ijs singulis ex èmolu-
mentis Cancellarie tantum detur, quâ-
tum ad illorum victimum, & vestitum ne-
cessarium ei it, arbitratu Archiepiscopi,

Communia Cancellario, & substitutis,
& scriptoribus.

Cancellarius, & Notarij substituti, Cancellarie
corumve Collegium, nullam om-
nino facultatem iusve habeant vñquam
quois nomine propria statuta con-
stitutionesve condéndi; nec admittén-
di, vel excludendi eos Notarios substi-
tutos, qui ab Archiepiscopo pro tem-
pore eidem collegio Cancellarie ad-
scribentur.

Omnes, scilicet tam ipse Cancellarius,
quâm prædicti Notarij substituti, &
scriptores etiam, seruent plenè hæc re-
formationis decreta, ac cætera omnia
statuta, constitutiones, taxas, regulas,
& iussa Reuefendissimi pro tempore
Archiepiscopi.

Maxime refert, eum qui gerit officium Interdictio
muniérunt, & tam multiplicis cu-
ræ, ac solitudinis, rursusq; tam in-
timum Archiepiscopo, quale est officium
Cancellarie Archiepiscopalis;

munerum,
& negotio-
rum alieno-
rum.

eos item, qui illi substituti nomine, &
officio cooperantur; ac denique illos etiam,
qui scriptorum Cancellarie of-
ficio adscripti sunt; tum expeditos esse
ab alijs omnibus negotijs, vt toti huic
vni curæ incumbant; tum maximè li-
beros esse ab omni suspicione, vel mini-
ma, non modò corruptelæ, sed etiam cu-
piditatis, vel etiam cuiuslibet priuatæ
animi affectionis.

Ideo ante omnia eis singulis, & vniuer-
sis hæc omnino vetamus.

Nè vllum, vel minimum munus, etiam
spontè oblatum, etiam rerum escu-
lentiarum, & quæ statim consumi pos-
sint, accipere directe, vel indirecte
possint à quavis vniuersitate, Collegio,
vlo homine, Ciuitatis, vel Dioce-
sis Mediclanensis; nec verò ab vlo eti-
am alienæ diocefis, qui lites nego-
tiave in Archiepiscopalij foro (quæcum-
que sint) vel habuit, vel habet, vel habe-
re aliquando potest.

Ne cuiusquam negotia, lites, dispensa-
tiones, aliasve expeditiones causalve,
in vlo, vel ecclesiastico, vel laicali foro
agendas, promouenda, tractandasve su-
scipient, aut re ipsa agant, tractent,
promouantve; nisi cum ratione officij

ex con-